

## De caudà amputata rufi felis spe

In hoc domo plures annis decem habito. Plurisque noctibus quod in via agitur e fenestrà prospecto. Consuevo spectare curros celeriter euntes ad civitatis centrum, mulieres cum canibus ambulantes, quidam fabulantes cum aliquibus, et ebrios multis cervisiis bibitis, fessos paulum strepitum facientes. Singulis noctibus quemdam cauda amputata rufum felem video qui, sicut jam diu intellexi, viam tenet. Tranquillo animo inter compositos curros deambulat tamquam magnus viae dux. Usque ad ultimos vespere circa dies septem neminem vidi, nec curros, nec mulieres cum canibus nec strepentes juvenes titubantes cum tendebant ad domum redeundum. Illum video cauda amputata rufum felem. Ut consuetum, corpore suo praestanti, inter iamdiu compositos curros ambulat. Cum solita suspicione circumspicit. Per intervalla silenti vià oculos tendit et adspicit me statum ad fenestram inspectantem foris. Cum oculis ait et ita verba facit : « Amice noli timere. Transibunt omnia et sicut superioribus temporibus redibunt et erimus nos ipsi. Brevi tempore ut semper vitam agam sub curribus recubans paratusque ad removendos-e vià alienos. Tu autem qui antea eris cum negotiis, itineribus, amicis et solitis rebus tuis ». Eum video discedentem lente sed oculis suis gratia firmatus animi sum et omnia in meliorem partem capio. Mihi persuasum est vitam brevi postea redire sicut cauda amputata rufus feles et egomet olim viximus.

Texte original en italien de Stefano D'Oria, « La speranza del gatto rosso dalla coda mozzata », *Il Gazzettino sanpiedarenese*, mars 2020.

Traduction par Inès et Claude Passet.

Merci à Geneviève Ranucci pour les quelques suggestions proposées.